BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVII^E SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	/3 nov./1662	II	153
LE BOUTHILLIER(François)	Théologie	/13 fév/1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	/8/ mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	/5 septembre/ 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND(Fr.Guillaume)	Théologie	/10 jan.1662/	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER(René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	/29/sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	/7 juin/1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSE (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190
MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	/11/avr.1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNÉ (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	/8/août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	/16/août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	/16/avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	/14 nov/1669	II	216
NOÜET(Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART(Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES(Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES(Louis)	Philosophie	1erJuil.1657	II	229
PIETRE(Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	/23 fév/1662	II	232
PISTEL (Maurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233
POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ(René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL(John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	/30/août1664	II	243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	/11/oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	/30/déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	1er fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE(Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	/4/janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	/23/fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	1er fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	/3/févr.1661	II	263
TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonsede)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	/31/déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOOoo--

1158445551

CARDINALI·

NON committam, EMINENTISSIME PRINCEPS, quod plerique eorum qui eruditionis ſuæ ſpecimen in publicum edentes ſub fœlicibus auſpicijs nominis tui, Innumera pulcherrimæ vitæ tuæ decora, anguſto breuis epiſtolæ ſpatio includere conati ſunt. Neque tamen ab iſto argumento deterreor, quod exiſtimem præreptam mihi, exhauſtamque à prioribus laudum tuarum materiem, quæ continuo ad ſalutem publicam ita ſuccreſcit, vt ſi veterum omnium beneficiorum obliuiſcerentur non ſatis grati mortales, recentibus ſubinde meritis cogerentur, ea ſaltem mirari quotidie, quæ ſemper meminiſſe deberent. Terret me ætas mea nondum par oneri tanto, quæ prematurè modo tentare vetat, quod olim excuſſo puluere academico, in media luce hominum rerumque, forſan non infœliciter ſum aggreſſurus. Vnum igitur apud te, PRINCEPS EMINENTISSIME, *profiteri me nunc decet, nempe in hac philoſophicâ palæſtra ſub auguſtiſſimi vultus tui ſerenâ Majeſtate decertare voluiſſe, vt ex ipſis inſtitutionis meæ primitijs intelligas, me, in eâ natum familiâ quæ tota tuis laudibus perſonat, & eo à naturâ donatum genio cui benefactorum memoria & fides nunquam intercidit, conſilijs judicijſque paternis jam animo reſpondere, gnauiterque adlaborare vt litterarum ſtudio inſtructus, æque ac munificentiâ tuâ ornatus, dignas faſtigio tuo & cultu meo gratias aliquando referre valeam. Noſtris interim ad Deum Opt. Max. contendemus, vt qui te hactenus ea voluit effeciſſe quæ ad tollendam ſupra omnia mortalia & caduca nominis tui claritatem ſatis ſunt, longam deinceps tibi ſuperaddat lucis huius vſuram quæ etiam chriſtianæ Reipublicæ incremento, Imperij Gallici ſplendori, & tuorum omnium charitati, ſatis eſſe poſſit.*

CONCLVSIONES PHILOSOPHICÆ·

EX LOGICA.

I.

NON cæcutit intellectus ad omnem veritatis lucem. Extat ſecura veritatis per cauſas comprehenſio, in poſteris Adæ laboris præmium, ſed in primo parente cæleſte beneficium à Deo infuſum.

II.

LOGICA virtus mentis practica, eaque effectrix artibus connumeratur; ſcientijs tamen conſcribitur, non aliquam ſolùm intellectus operationem ſibi proponit, ſed perindè omnes ad veritatem diſponit.

III.

CÆTERIS, vt perfectæ ſint, ſcientijs non vtilis modò, ſed neceſſaria quoque prælucere debet, quas illuſtrat docens ac vtens. Ens rationis exiſtit.

IV.

ENS rationis ſæpius mentitur hominis intellectus, raro Angelicus, numquam immediatè parturit Deus. Ideæ tamen externæ Deo licet inutiles ad rerum fabricam non impoſſibiles.

V.

VNIVERSALIS tùm Metaphyſici, tùm Logici materia, naturæ fœtus: forma, rationis effectus abſque comparatione mentis excitatus, ſimpliciter abſtractus. Vniuerſale benè diuiditur in quinque membra.

VI.

INTER gradus Metaphyſicos diſcrimen reale nullum, virtuale totum. Dum vnica ſeruetur ſpecies, genus non interibit. Species & indiuidua eodem relationis aſpectu conſpicit.

VII.

SPECIES infima ſubſtantialis generis amplitudinem ſortiri poteſt, integritatem eſſentiæ ſuæ conſequi non poteſt niſi multiplici differentiarum ſyntaxi. Vt ſubjicibilis non eſt vniuerſalis.

VIII.

ENS realè, ad ſubſtantiam & accidens verum eſt genus. Subſtantia prædicamentalis tam Deum quam creaturam includit; Angelum & cœlos non excludit.

IX.

RELATIO prædicamentalis eſt pura ſubiecti cum termino ſuo coëxiſtentia. Omnis entitas relationis, quæ à ſubiecto & fundamento fluat, ſuperfluit.

X.

PROPOSITIONVM ſingularium de futuro contingenti contradicentium vna eſt determinatæ veritatis, alia determinatæ falſitatis. Scientia, opinio, & fides in eodem intellectu cohærere poſſunt.

EX MORALI.

I.

ETHICA benè viuendi ſcientia, ſimul eſt prudentia rectè agendi. Eius obiectum actus humanus ad leges honeſtatis conformandus. Species triplex, alia priuatum honeſtat, altera familiam curat, tertia rempublicam adminiſtrat.

II.

BONVM relatiuum meliùs definieris, quod perficit, quam quod vel congruit aut allubeſcit. Malum quà malum nemo proſequi poteſt. Finem quà finem, ac medium vt medium, ipſum vel brutum poteſt.

III.

NEMO fines plures in agendo meditari poteſt ſimpliciter vltimos veriſimiles, nedum aſſequitur veros. Extra Deum irrequietus ſemper animus, ſola ipſius viſione formaliter efficitur beatus.

IV.

VOLVNTAS motricem virtutem ad nutus ſuos deſpotico regimine compellit, appetitum verò ſentientem & intellectum politico ſolùm dominio compeſcit. Ei ius libertatis ex priuilegio ſancitum eſt, non intellectui.

V.

PRÆTER ſpecies expreſſas quæ fulgent in intellectu, & pondera quibus in obiecta ſua voluntas inclinatur, habitus reſident in vtrâque facultate, qui contrariis corrumpuntur, ſoloque veterno, ac ceſſatione penitus obſoleſcunt.

VI.

VIRTVS moralis eſt habitus eſſentialiter bonus, in appetitu ſenſitiuo neutiquàm oriundus; præcipit virtutem omnem intellectus, at nullam recipit niſi prudentiam. Sola igitur voluntas virtutum ſedes.

VII.

VIRTVS moralis mediocritate temperatur. Ipſa iuſtitia vindex inter duo extrema vitia interiicitur. Virtus vna in ſtatu heroïco perficitur, etiamſi aliarum virtutum cœtu non cohoneſtetur.

VIII.

IVSTITIA legalis virtus ſpecialis. Iudex ſecundum allegata & probata damnet innocentem. Fortis aggreditur, at authoritate priuata duello non congreditur. Illuſtrior eſt quæ ſuſtinet, quam quæ impetit fortitudo.

IX.

VOLVNTARIA ſunt quæ vel cupiditas prouocauit, vel metus extorſit: quod vero quis ex ignorantia commiſit voluntarium eſt, ſi poſtquam factum eſt, approbetur; inuoluntarium ſi improbetur. Nulli voluntatis actus eliciti ſunt violenti.

X.

MALVM defectus & priuatio boni. Omnis actus humanus bonus eſt vel malus, indifferens in indiuiduo nullus. Paſſiones ex natura ſua non ſunt malæ. Regnet in eas ſapiens; ſe ſe non hebetet.

EX METAPHYSICA.

I.

METAPHYSICA ſcientia ſimul, & ſapientia. Ens ab omni materia abſtractum tanquam obiectum cognoſcit. Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, tanquam principium primum agnoſcit.

II.

ESSENTIÆ nec ante exiſtentias æternæ ſunt, nec ab illis ſunt realiter diuerſæ. Creaturarum poſſibilitas non eſt mera denominatio ab omnipotente Deo ad res poſſibiles deducta.

III.

VNVS idemque effectus à pluribus cauſis totalibus diuinitùs attingi poteſt, à ſeipſo nulla virtute reproduci poteſt. Finaliter cauſat res ipſa quæ finis, non notio illius.

IV.

CREATVRAM inſtitui principem in creando cauſam vel inſtrumentalem nihil repugnat; quæ tamen inſtitutæ ſunt creaturæ non ſunt ad agendum inualidæ, inefficaces quidem ſine Deo immediatè cooperante, at efficaces eo non præoperante.

V.

CAVSALITAS efficientis nec eſt aliquid in agente receptum, nec ab opifice transfuſum in materiæ ſinum, nec aliquid à cauſa & effectu realiter diſtinctum, ſed ipſa entitas cauſæ efficientis & effectus.

VI.

EXEMPLAR ſpecialis cauſa cæteris annectitur iis non innectitur. Principium indiuiduationis nec eſt accidentium in materia ſupellex, neque ipſa materia quantitate ſignata. Subſiſtentia nihil eſt niſi ſingularis ſubſtantia completa.

VII.

DEVM exiſtentem ratio naturalis ex creaturis demonſtrat. Infinitus eſt, immenſus, in ſpatiis fuſus imaginariis, author mundi in tempore, qui ſaltem quoad res permanentes ab æterno potuit eſſe eius inſtitutor.

VIII.

QVOD Angeli ſint, ſcriptura reuelat, ratio ſuadet, at nullus ſatis neceſſarius effectus lumini naturali perſuadet. Sunt prorſus è materia expediti, à corruptela liberi, præ numero penè innumeri.

IX.

PLVRES in eadem ſpecie infima communicare poſſe nihil repugnat. Eos nec loco præſentes facit operatio tranſiens, nec modus vbicatiuus ſubſtantiæ ſuperfluus. Ab extremo loco ad diſtantem ſecedere non poſſunt prætermiſſa intercapedine.

X.

ANGELI ſeipſos cognoſcunt. Alter ad alterum etiam diſtantem, ſpeciem impreſſam mittere poteſt. Quod ſecreta cordium diſtantium ſagacitas eorum non introſpiciat, ratio naturalis nulla ſatis efficaciter probat.

EX PHYSICA.

I.

PHYSICA eſt ſcientia ſpeculatiua corporis naturalis, cuius tria ſunt in fieri principia, materia, forma, & priuatio: duo in facto eſſe materia videlicet ac forma.

II.

MATERIA formarum eſt domicilium opportunum, omni forma corporeitatis nudum, at exiſtentiæ propriæ non expers: potentiam habet ad formas ſubſtantiales & accidentales, illam eſſentialem, hanc vero dumtaxat accidentariam.

III.

EXISTENTIAM formarum corporearum ſubſtantialium homini pertinaci nunquam perſuaſeris ſatis; educuntur omnes ex materiæ ſinu, vna excipitur anima rationalis, quæ non eſt pars ex corpore delibata.

IV.

EX materia & forma corpus naturale coaleſcit: at neque illud eſt entitas quædam à partibus vnitis realiter diſtincta, neque vnio iſtarum modus eſt aliquis inter vtramque interceptus.

V.

CONTINVI magnitudo non eſt quid ex puris punctis inflatum; aut ipſis tamquam vinculis conſtrictum, vel tanquam terminis circumſcriptum: conſtat ex partibus in infinitum diuiſibilibus, quæ per ſe ſe vincula ſunt, per ſe ſe termini.

VI.

PARTES ex quibus magnitudo conſtat, ab inuicem realiter diuerſæ ſunt. Quantitas, extenſio localis, nihil à materia differunt. Duratio res ipſa durans.

VII.

VNVM corpus intra ſuum locum diuinitùs cum altero ſtare poteſt. Idem in pluribus ſimul conſtitui locis etiam circumſcriptiuè nihil contradicit: calere in vno poſſet, in altero frigere; viuere in vno, mori in altero.

VIII.

LOCVS non dicitur immobilis aut à parte virtuali diuinæ immenſitatis, aut à parte imaginarii loci, cui reſpondet. Vacuum refugit natura. Si Deus illam cogat non effugiet. Illud non ſuſpenderet motum localem corporis, neque in inſtanti eundem promoueret.

IX.

NON eſt excogitabilis motus localis qui momento abſoluatur. Cœli materiam habent cum ſublunaribus ſpecie eandem: non agitantur ab adſcititijs formis, ſed ab inſitis ſibi virtutibus.

X.

FORMÆ ſubſtantialis è materia diſſolutio, non eſt omnium vſque ad materiam primam reſolutio. Qualitas non intenditur quod radicitiùs ſubiecto applicetur, ſed quòd acceſſione gradus ad gradum augeatur. Anima eſt actus primus &c.

Propugnare conabitur Deo aſpirante CAROLVS FRANCISCVS DE LOMENIE DE BRIENNE *Pariſinus, Abbas Sancti Eligij Nouiomenſis.*
Die Dominica 16. Iulij, à primâ ad veſperam.

Arbiter erit CAROLVS PASTEL *Licentiatus Theologus, Socius Sorbonicus, & Philoſophiæ Profeſſor.*

PRO QVARTO ACTV PVBLICO. ET LAVREA ARTIVM.